



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

12 Testamentum a parrocho scriptum, & sola manu testatoris subscriptum an valeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 16.

Testator in suo testamento statuens; vt hæres faceret illa, quæ confessorius eius ei diceret pro satisfatione obligationum, quibus tenebatur; ita etiam & deponens pecunias cum pacto nihil soluendi depositario, iniuste facit, & usuram committit, eo quod accipit ultra sortem principalem illud salarium, quod depositatio pro fida custodia suo periculo faciendâ debetur iure naturali, & Evangelico; quo cauetur mercenarium dignum esse mercede sua. Luc. 10. Nec possunt hæredes pecunias illas cum prædicto pacto in manibus dicti depositarij tenere; quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, Auth. de nup. §. disponat testator. de testam. fallit tamen quoties est iniusta, & usuraria, qualis est dispositio cum huiusmodi pactis facta.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 3. de deposito.

Sicut testator deponens pecunias cum pacto, quod de postariis teneatur septem pro ceterum singulis annis hæredibus suis solvere, usurarius est; ita etiam & deponens pecunias cum pacto nihil soluendi depositario, iniuste facit, & usuram committit, eo quod accipit ultra sortem principalem illud salarium, quod depositatio pro fida custodia suo periculo faciendâ debetur iure naturali, & Evangelico; quo cauetur mercenarium dignum esse mercede sua. Luc. 10. Nec possunt hæredes pecunias illas cum prædicto pacto in manibus dicti depositarij tenere; quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, Auth. de nup. §. disponat testator. de testam. fallit tamen quoties est iniusta, & usuraria, qualis est dispositio cum huiusmodi pactis facta.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 8. de rebus eccl. non alien.

Religiosum Collegio sacerdotum cum onere faciendi singulis annis perpetuo vnum annuierarium pro legante, inter Collegiatos, sicut alij redditus collegij, diuidi non potest, ita vt non transeat simul commodum cum onere ad successores; quia cum iusta mens & dispositio testatoris, quæ seruanda est, c. si. de preb. & l. in conditionibus, ff. de cond. & demonst. ea fuerit, vt collegium perpetuo obligetur pro eo vnum annuierarium facere, & aliud sit collegium, & aliud singuli de collegio, c. eam te. de rescrip. Et qui sentit onus, sentire debet & commodum; cap. qui sentit de reg. iur. in 6. Non possunt sacerdotes præsentis relictum collegio cum tali onere inter se distribuere, ita vt onus ad eorum successores sine vilo commodo transeat.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 2. de Iudæis, & Saracenis.

Filij Iudæorum & aliorum infidelium, quæ cuius legitima eis debita, c. cum simus, de reg. & gl. in c. R. syn. de testam. & Bulla Pauli III. etiam viuentibus parentibus, & alijs bonis suis tam mobilibus, quæ immobilibus ad se pertinentibus, nec non quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut paternorum eis de iure, seu successione debitorum priuari non possunt; aliqua tamen alia bonorum parte, quæ eis ab intestato contingeret, per parentes testantes non obstante eadem Bulla priuari queant; quæ gratia Principis intelligenda est sine præiudicio tertis super eod. de offic. de leg. & l. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. fiat. paribus autem conuersorum graue præiudicium fieret si non liceret eis testari de bonis suis, in quem vellentiam extraneum, dummodo omnibus suis legitimis, & alijs de iure, vel successione debita, in tacta, & illata relinquunt, præsertim cum intentionem Pontificis ex eisdem Bullæ proemio, vnde mēs disponens collegij vt plurimum solerit, quia propter, de electio. & l. si. ff. de hæ. & l. eam solum fuisse constet, vt filijs conuersis bene prouisum esset, ne prædicta conuersio eis noceret, non autē quod eorum conuersio alios non conuersos læderet, aut parentibus aliquid exinde præiudicium inferretur.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. alias 12.

Alienare prohibitus rem aliam extra familiam, eā alienare non potest in aliquo extraneum per here-

dis institutionem, licet possit per successionem ab intestato. l. cum pater, §. cum inter, ff. de leg. 2. & ibi Bart.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. alias 14.

Licet substantia institutionis legati, vel fidei commissi in arbitrium alterius conferri nequeat; si illa institutio ff. de hered. instit. electio tamen incertæ personæ de certis, vel de certo genere personarum, vel familia, in alterius arbitrium, & voluntatem legitime conferri potest. l. vnum ex familia, de leg. 3.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. alias 7.

In capax, cum aliquid tacita fide relicto in eam, illud primo denunciando fisco, dimidium relicti, fisco alterum dimidium lucrante, acquiritur l. senatus, §. senatus, ff. de iure fisci. alij vero denunciatus primo solum relicti partem tertiam lucratur. l. cum tacitum, tit. eod.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. alias 13.

Si testator carens liberis instituat nepotem ex vno fratre, eiq. filios suos masculos legitimos, si haberet, substituat, alias nepes ex fratre, & sorore, & si nepos institutus intrat Monasterium illicque donat omnia sua bona, & ita filios masculos legitimos habere non poterit, Monasterium in tali casu præfatas nepes substitutas excludet, & in bonis testatoris vi donationis succedet. c. in præsentia, de prob. Pan. ibi. nu. 68. Fel. & alij Couar. l. i. var. resol. c. 19. Sin autē testator, qui instituit, vel substituit expresse exclusit Monasterium, aut tacite aliquibus verbis appareat eum de Monasterio cogitasse, vel noluisse, vt in simili euentu Monasterium in suis bonis succederet, substituta nepes Monasterium excludent, in dubio autem præsumitur pro Monasterio, vt Monasterium succedens substitutas nepes excludat.

DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 3.

Testamentum clericici, vel episcopi in vrbe decedentis de rebus per negotiationem acquisitis validum censeri debet, si negotiatione de se licita, & iustitie speciales legitimè contraria quæ sita res fuerint; ex Bulla Iulij III. cupientes const. 3. & Bulla Pij IV. Rem. Pont. const. 31. edit. 1560. licet alias illicita esset ratione circumstantiæ personæ, loci, temporis, vel alterius quæ negotia bonem faceret vitiosam, eo quod contraria esset alius virtutibus, quam iustitie speciali; scilicet si per negotiationem illicitam, vel alias contra canones ecclesiæ, aut iustitie specialis bona legata acquisita sint, talia enim per vltimā voluntatem a clericis, vel episcopis in vrbe morientibus relinquenda non nequeunt, sed eis mortuis Camera Apostolica debentur; ex Bulla Pij IV. Decens. const. 23. Sicut etiam Monacho Apostata, & aliquid per negotiationes, & mercaturas lucrans, non Monasterium, sed camera Apostolica succedit. cap. olim. a de priuileg.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. alias 6.

Regularis licet regulariter, & de iure communi testari non possit, c. 2. de testamen. & Auth. in res. c. de sacros. eccl. ex Papæ tamē priuilegio ad pia testari potest; sed & filii Monacho per professionem in aliquo Monasterio proueniens, ita per consecutionem episcoporum, c. 1. 18. q. 5. & c. cum om. m. 2. de priu. ut alieius beneficii secularis ei perpetuo concessi tollitur, c. ne pro cuiuslibet. 15. q. 1. & Gl. in cle. 1. §. ad hæc, de statu monach. vt & ordini suo destina esse subiectus, & quicquid acquirit, non ordini, & Monasterio suo, sed beneficio suo, & ecclesiæ illud querit.

DECISIO XII.

Ex conf. 12. alias 10.

Testamentum cogitante, & volente ingredi religio-nem sine licentia, & auctoritate episcopi, aut cõlicij, su cog-

si conuentus, in quem ingreditur, ita validum censetur & morte ciuili, professionis confirmatur, vt hæres institutus statim post professionem, capere poterit possessionem bonorum, ad quæ institutus fuit, non expectata morte naturali testantis, & profitentis, Couar. cap. 2. d. c. 6. nec villo modo post professionem testamentum factum reuocari potest.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. & 14. alias 9. & 8.

Lect annuum legatum factum fratribus minoribus non valet, etiam ad hoc vt vendatur, & estimatio in necessitatibus imminuentibus impendatur, cum predicti fratres neque domum, vel prædium, cum pacto, vt ea locent, vel colant, accipere possint, Cle. exiuit. S. porro. de verb. signific. & c. exijt. tit. eod. in 6. eo quod annuos redditus habere prohibentur: quia tamen aliud est ecclesia, & fabrica eius, & aliud capitulum, seu conuentus, qui eam tenet, gubernat, & regit: per exemptionem, de priuileg. in 6. & arg. c. si ciuitas, de sent. ex comm. in 6. annuus redditus promissus, vel legatus Monasterio minorum pro fabrica, candelis, vino, oleo, & vestimentis ad Missarum celebrationem validus est, nec iure canonico, d. Clem. exiuit. aut sancti Francisci regula prohibetur: eo quod nihil exinde conuentui, aut vili ex fratribus conceditur, sed soli ecclesie, & pijs vtilibus illius, nec eorum paupertati inconuenit, vt ecclesie annuos redditus habeant.

DECISIO XIV.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiquis.

Quamuis testamentum etiam a parochio scriptum, & sola testatoris manu subscriptum, sine testibus, in foro exteriori non valeat, quicquid tamen sic possiderit, in conscientia in foro interiori retineri potest.

DECISIO XV.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiq.

Beneficiarius hæres a patre institutus, si fecit inuentarium, debita, vel legata ei a patre mandata extra vires hæreditatis, ex fructibus beneficii solvere non tenetur, sed ad id tenentur alij hæreditatem habentes, immo nec volens potest ex beneficii sui fructibus ea solvere, nisi dicta solutio directè, vel indirectè saltem opus pium iudicetur.

DECISIO XVI.

Ex cons. 4. & 5. sine eadem, desunt in antiq.

Cum Extrauagans Pij V. Extrau. in c. quæ ordini ecclesie, const. 120. in ordine, ea solum priuilegia reuocet, quæ vel a se, vel ab aliquot suis antecessoribus in particulari concessa fuerant ad disponendum de quibuscunque bonis inter viuos per donationes, vel in morte per vltimas voluntates, ideo non obstante reuocatione prefatarum facultatum, quæ sunt priuilegia, & gratiæ particulares, possunt clerici, & quicumque alij donare inter viuos, & relinquere in vltima voluntate nepotibus, aut fratribus: aut filiis suis illegitimis si vere pauperes sint, non solum bona sua patrimonialia, aut quasi patrimonialia, hoc est, per suum laborem, & industriam, sed etiam inueniu ecclesie acquisita, sicut antea de iure communi potuissent, argum. cum haberes, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.

DECISIO XVII.

Ex cons. 11. in Nouis deest in antiq.

Legatum, quo mandatur hæredi vt singulis annis detur vni aliquid certum nullum tempus certum assignando non solum censetur perpetuum, si fiat loco pign. arg. l. annua. ff. de annuis legat. sed etiam si mandatur aliquid fieri tacite in memoriam, & honorem familie suæ, quod non posset assequi, nisi legatum esset perpetuum.

TITVLVS XIX.

De successione ab intestato.

SUMMARIVM.

- 1 Filij ex damnato coitu nati parentibus non succedunt, nec contra.
- 2 Mutuarius pecunias a beneficiato clerico in curia decedente acceptas, illius hæredibus, & non camera restituere tenetur.
- 3 Clericus simplex omnia negotia, quæ laicus gerere potest, & sic bona sua non sunt spolia.
- 4 Extrauagans Iulij III. quod debita beneficiarij non soluantur de fructibus non exactis, vt intelligenda.
- 5 Bona alienare prohibito, quando succedit fiscus.
- 6 Fructus beneficij a solo separati, cui debentur.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 2.

Sicut filij Spurijs ex damnato coitu natis non succedunt parentes, neque contraio parentibus filij Spurijs, Auth. quib. mod. nat. e. sic. l. i. §. illud collat. 7. & Pan. in cap. tanta, qui filij sint legit. ita neque fratres fratribus Spurijs ex damnato coitu natis succedere possunt, dummodo ab habente potestatem non sint legitimi.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 3.

Mutuarius pecunias a clerico beneficiato in curia decedente ab intestato acceptas, illius hæredibus, & non camera Apostolice restituere tenetur, um hæres, & non camera clerico in curia mortuo succedat, ex Bulla Iulij III. cupient. s. const. 3. Auth. de hæred. ab intest. collat. 9. & post debitam diligentiam adhibitam non inuenito hærede, illas parentibus defuncti, aut illis c. sanctis, proximioribus in gradu, deductis impensis in inquir. edo. factis restituere tenetur, nec sufficit illas pauperibus, vel pijs locis restituere, nisi casu quo hæres, aut parentes eius non inueniri possunt, c. cum tut. adiuncta gl. de vsu.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 5.

Clericus simplex, nondum ordine sacro initiatus, & beneficio carens, omnia negotia, quæ laicus, sine peccato exercere potest. Pan. in c. 1. & 2. de post. & Nau. in Man. c. 25. num. 210. Nec ab intestato motiens, bona eius tanquam spolia a Commissario sp. liorum pro Camera Apostolica capi possunt.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. in vtrisque.

Beneficiarius in terris, vbi tantum semel Collector Apostolicus positus fuit, obiens mortem, multa debita, & multos fructus sui beneficii in exacta relinquens, non obstantibus duabus constitutionibus Iulij III. quarum vna mense Iunio, altera mense Augusto anni 1550. publicata fuit & in quibus statuit, ne soluerentur debita beneficiarij contracta, neque legata pia tempore infirmitatis facta ex redditibus nondum exactis: per alteram tertiam prefati Iulij Extrauagantem publicatam anni 1551. mense Iunio, habentur omnes in Constitut. 9. quæ in ip. Cum sicut, quæ duas illas priores limitat, ne habeat locum in terris, vbi non conuenerunt a sancta Sede Apostolica poni collectores ex eisdem redditibus beneficii nondum exactis, creditoibus suis per designatos hæredes satisfacere potest, cum extrauagans vltima verba in numero plurali concipiuntur & pluralis locutio saltem duo requirit: c. pluralis, de regul. in 6. nec aliquid consuetum, aut solitum dici potest quod saltem bis factum non fuerit: l. 3. C. de episc. aud. & Dec. in rub. de consuetud. & proinde vbi semel tantum collector positus fuerit, aut vnus in vno collectore in loco vel promincia, & Regno admittitur, constitutionem suam Papa valere noluit: quominus beneficiarij debita de fructibus non exactis solui possunt.

D E.